UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

De Vita & Rebus gestis P. Petri Canisii, De Societate Jesv, Commentarii

Sacchini, Francesco

Ingolstadii, 1616

B. Stanislaus occasione exhortationis Canisij prædicit suum obitum.

urn:nbn:de:hbz:466:1-41515

Visual Library

benigne Pontifex ſpiritualia quædam poſtulata: interq; cetera perfectæ expiationis gratiam fecit Paulo Hoffæo propter laborem, quo perfunctus iam erat in vertendo germanice, vulgandoq; Catechiſmo Romano, ſicut & cōceſſerat inchoanti.

Magnam Socij Romani ex conſpectu tanti viri, & raris virtutum eius exemplis capiebant animo voluptatem, & alacritatem concipiebant ad imitandum. Idemque pia etiam adiungebat hortamenta linguæ. Nam certatim inuitatus per domicilia noſtra ſpirituales habebat homilias, quarum vnam ad Tyrones Auguſti Kalendis habitam, memorabilem fecit oblata inde beato Staniſlao, quem ſupra narrauimus ab eo miſſum Romam, ſui prædicendi finis occaſio. Cum enim ex vulgari Italorum verbo, quo ſe feriari Auguſtum eo die dictitant, orationem Pater inſtituiſſet de modo, ac via qua ſe comparare quiſque poſſet ad menſes omnes quam belliſſimè feriandos, hoc eſt, optimè, ac ſanctiſſimè tranſigendos, eamque docuiſſet eſſe, vt vbi nouus menſis appetit, eum quiſque futurum ſibi ſupremum arbitraretur, ſeque ita componeret tanquam planè eſſet eo mēſe mortem appetiturus. Beatus Staniſlaus propriè

Beatus Staniſlaus occaſione exhortationis Caniſij prædicit ſuum obitū.